

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7493

Auteur(s) : Hommes du chapitre de Rouen [autre]

Bénéficiaire(s) : Thibaud d'Amiens, Rouen (archevêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1229...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

État adressé à Thibaud, archevêque de Rouen, et au chapitre par leurs hommes, constatant l'état dans lequel Richard Hairun, fermier de l'église de Rouen, avait laissé le manoir de Killon à la fin de son bail.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Études sur la condition de la classe agricole et l'état de l'agriculture en Normandie au Moyen Âge*, Évreux, Hérissey, 1851, p. 303-304, n. 28.
- b. Société de l'histoire de normandie, Vernier Jules-Joseph, *Recueil de fac-similés de Chartes normandes, publiés à l'occasion du cinquantenaire de sa fondation (1869-1919)*, Rouen/Paris, A. Lestringant/A. Picard, 1919, Planche XXIII, p. 25-26.

Dissertation critique

Datation proposée par J.-J. Vernier. Cf. Thibaut d'Amiens, archevêque de Rouen, 1222-1229.

Texte établi d'après b

Reverendo patri ac domino Th[eobaldo], Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, et dominis suis karissimis Th[ome], decano, et ejusdem ecclesie capitulo, sui fideles homines Robertus filius Walteri, Hugo de Clavilla, Robertus filius Edulfi, Ricardus Thothe, Rogerus filius Walteri, Willelmus filius Walteri, Hugo Thothe, Robertus filius Acer, Robertus filius Radulfi, Robertus de Fangefos, Alanus Cade, Willelmus de Ergum, salutem in Domino. Mandastis nobis per litteras vestras, districte precipientes, quatinus vobis per litteras nostras patentes scire faceremus quale fuit implementum grangiarum et quale fuit instauramentum carrucarum in equis et bobus et ovibus et porcis et omnibus aliis que ad staurum curie vestre pertinent quando Ricardus Hairun primo manerium vestrum ad firmam recepit et precium singulorum vobis scribatis (sic), quia predictus Ricardus in fine termini debet omnia reddere in eodem statu in quo recepit, preter .VIxx. oves quas vobis debet, scilicet, .XL. matres, .XL. multones et .XL. hogastris (sic), que vobis ibi remanere debent de novo stauro. Sciatis quod tale fuit tunc implementum quando Ricardus Hairun recepit manerium, scilicet: minor grangia fuit plena de avena ab occidentali parte usque ad postem, ex altera parte una culaz fuit plena de avena, et nichil amplius in illa grangia ; in maiore grangia una maya plena versus north, infra postes de culaz, de ordeo, secunda maya plena, usque ad laqueos qui ligabant postes ad pannum subtus in eadem grangia, similiter de ordeo ; in ala contra hostium, versus aquam, infra tres postes, una maya plena de pisis usque ad pannum ; aula fuit plena de frumento infra postes usque ad trabes ; quatuor aratra de duobus equis et duobus bobus, quelibet appreciata per se .XX. solidos ; tres porci, quilibet per se .X. denarios ; et quatuor parvi porci, simul omnes appreciati .VIII. denarios ; undecim porcelli lactantes, sine precio, et duos

porci unius anni, quilibet per se appreciatus .XVI. denarios ; duo horrea et domus boum et vaccarum et pristinum (sic pour« pistrinum ») et coquina stare non poterant, sed omnia ista prostrata fuerunt et sunt reedificata ; aula fortis est et bona, et granarium bonum, et hec omnia reedificata sunt per manum Ricardi Hairun ; domus molendini sufficebat, sed mole nichil valebant. Hoc est instauramentum domus: una tabula cum duabus trestis, due cuve veteres, tres mesure ad bladum, unus tripes et unes tanailles, una tina, tres furkesfires a fiens, una trubla, tres sacci veteres, tres veteres quadrige, duo murilegi, tres veteres terres de baste, unum vetus plumbum, duodecim scultelle, duo platelle, duo cifi et nulla mappa.